

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Enoch Hützing Johannes Simonius

Collegii Biblici Privati Primi Mosaici, Genesin In Aphorismos Redactam Exhibentis

Disputatio Sexta : Ex Cap. IX. X. & XI. Geneseos

Rostochii: Kilius, 1638

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn747230706>

Band (Druck) Freier  Zugang 

Vert.: J. Stevens

E. Hützing.
R. U. theol. 1637. 38.

COLLEGII BIBLICI PRIVATI
PRIMI

52.

MOSAICI,
GENESIN IN APHO-
RISMOS REDACTAM
EXHIBENTIS,

DISPUTATIO SEXTA
EX CAP. IX. X. & XI. GENESEOS:

Quam

IN SUMMI JEHOVÆ HONOREM,

PRÆSIDE

ENOCHO HUTZINGO, SS.Theol. Li-
centiato & in Acad. Rost. P.P.

Defendendam suscipiet
JOHANNES SIMONIUS, Hollsat.
Respondens.

*Ad diem 17. Marry in Collegio Boreali, horis
pomeridianis.*



ROSTOCCHII,

Litteris NICOLAI KILI, Acad. Typograph.

ANNO M DC XXXVIII.



VIRO

Reverendo admodum, Excellentissimo,
Doctissimo,

DN. M: JACOBO FABRITIO
Seniori, Sleesvicensis Ducatus Præ-
posito meritissimo, illustrissimi ac Celsissimi
Holsatorum Principis à concionibus dignis-
simo, Fautori suo observandissime.

UT ET

Reverendo, & Clarissimo Viro

DN. JOHANNI SIMONIO,
Ecclesiaz quæ Hollingstadij colligi-
tur Pastori fidelissimo, Parenti suo me-
dullitus amando.

NEC NON

Integerrimo Viro

Dn. HEINRICO Evers / Civi apud
Lubecenses primario, Hospiti olim suo be-
nificantissimo, fautori oculissimo.



Pagellas has in debite, filialis, & honorifica
benivolentia indicinam sacras volo

JOHANNES SIMONIUS
Holsatus.



APHORISMUS I.

N capite Nono Historiologus Noster deodidant. Mundi per eluvionem catholicam devastati dñs. tñscou proponit.

VI.

Disputat.
Respond.
Johannes

Multiplicationis repetitio v. 1. est Δευτερούμιον legis in Simonius creatione lata: Quā solenni ēvangelīzētīs divīna iteratione Noah Hollat. post diluvium constituitur απέργη θέρας καὶ πίλα τῆς Φύσεως. οὐδὲ δύτερος Adam, ut Thodoreetus loquitur.

II.

Dominij restitutio in animantia versu 2. non excludit particuliaria ira divīna exempla, qua docent: Animalia quædam terrestria & aquatica dominij imperium interdum extere & vim hominibus impiis inferre.

III.

Efus carnium vers. 3. homini conceditur, hac tamen ad-ditâ limitatione, ne carnibus à sanguine nondum expurgatis, non legitimè mactatis sed suffocatis & adhuc cum sanguine, anime vehiculo, concretis, more belluarum creatura ad ima-ginem Dei condita vescatur, ne paulatim crudelitati assue-scat, & tandem in humana viscera senvire incipiat.

IV.

Impiè facere Magistratum, qui voluntarij homicidij pœ-nam pecuniâ redimi patitur, & iure gladij ad capitaliter pu-nienda homicidia à Deo sibi traditi non rectè utitur ex vers. 5. &c. colligimus.

V.

Ordo Ecclesiasticus instauratur à Deo ordinis Autore per fœderis 1. Verbum. 2. Signum vers. 8 seqq. usq; ad versum XVIII.

F 2

VII. Si-

VII.

Signi fæderis, Iridis colores utriusq; mundi, tam
Primi, quam postremi interitum notant: ille cœruleus, vi-
ridis, aequalis Cataclysmum quo primus perijt orbis; Hic pur-
pureus, rubeus, igneus futuram mundi substantialem con-
flagrationem 2. Petr. 3, 7. & 10. indicat & denunciat.

VIII.

Quamvis peccata hujus seculi ratione varietatis & li-
centiae haud dubie majora sint peccatis primi mundi: Tamen
Aqua diluvij metuenda non sunt quia pactum Dei immuta-
bile, universale est, omnes Noachi posteros & omnia
animantia includens, cum temporis perpetuitate conjun-
ctum: Ad quam rei certitudinem contestandam sexies vox
pacti seu fæderis in textu extat repetita.

IX.

Occupationem Noachi domesticam versu 20. com-
memorat Moses quando Virum Terræ. i.e. Agricolam, usita-
tissimo in Scholis Hebraeorum Idiotismo ipsum vocat.

X.

Noah & gñawha Poculo Ebrietatis commissum, pro-
bare non possumus, modestiam tamen in judicando hoc primo
posterioris Mundi Sacerdote, Sene, Mæsto, laboribus & viribus
exhausto nos decere, non immerito judicamus: vulgatum il-
lud addentes propter Noachi modernas simias: Duo cum
faciunt idem, non est idem.

XI.

In peccato Chami, Noah filij natu minimi versu 24. nota-
mus. 1. Ascepsiam. 2. Irreverentiam (cui oppone modum re-
verentiae singularem in regendâ Patris nuditate à piis Fra-
tribus observatum v. 23.) 3. Petulantiam, spectaculo impu-
dico delectatam. 4. obtricationem, Patris yuuvotym aliis
revelantem. In quâ vitiorum Quadrigâ præcipuam homi-
num

num in moderno mundo vere immundo partem Cham ~~ā~~
ū & representat.

XII.

Noah Propheta Varicinium de posteritate Cham Patris
peccatum justo Dei iudicio portatura, edens, non hoc sult:
quod absoluto Dei decreto omnes Chami posteri à Deo rejecti &
æterne damnationi destinari sunt: sed quod maledictio super
omnes illos sit mansura, qui promissione de semine Benedicto ad
exemplum Chami medium quasi ostensuri essent dicitum.
Ita enim & non aliter omnes Spiritus S. Comminationes in Sa-
cro codice intelligenda & explicanda sunt. Cum Exceptio-
ne nimis conversionis ad Deum & vera Pœnitentie.

XIII.

Benedictio Semi & Japheti v. 26. 27. Dominos consti-
tuit pios Fratres impij Fratris Chami. Quæ promissio ut reæwrs
intelligenda est de Dominio æterno, dum ipsis promittitur
Filius Dei, æternus Rex & Redemptor Generis Humani, & Sal-
vator omnium in tabernaculis Sem habitantium, id est,
creantum: ita alteram illam, licet minus principalem, cor-
poralia nimirum bona spectantem, conditionem respectivæ
non excludit, quâ fœtum, ut Canaan terra à filiis Cham ra-
pta & possessa, injustis illis possessoribus maxima ex parte de-
letis, Filius Sem, id est, Israëlis, qui ferè videbantur nullius
esse amplius dignitatis aut potentie, tandem divina Providen-
tia nutu & arbitratu restituueretur.

XIV.

In Capite decimo Moses nobis exhibet Genealogiam trium
filiorum Noe, & populorum, qui ex ipsis nati sunt, que descri-
ptio & quasi succincta quedam Cosmographia Mosaica, ori-
ginem Gentilium ac hominum post diluvianorum, rec-
non terræ inter eos distributionem continens, licet sterilis &
nullius usus esse videatur, doctrinam nihilominus comple-

titur gravissimam & utilitatem adfert suavissimam, ut cum
alii & ex alii docet D. Michaël Waltherus in Officina sua
Biblica lectione dignissima §. 702. verbis sequentibus: Facit,
inquit ille, Genealogia hac I. & pricipue ad Messiae Eminentiam, ut nimurum in ista hominum multiplicatione inten-
ti simus in eam stirpem, cui alligata fuit promissio seminis Be-
nediti. II. Ad Ecclesiae excellentiam, ut in tanta Gen-
tium ac Religionum Confusione cogitemus, que sedes fuerit do-
ctrina de Deo, in qua fuerunt testimonia presentia & patefa-
ctionis divinae, & quomodo non solum doctrina illa salutaris in-
de ab initio secundi Mundi usq; ad nos sit propagata, sed &
Ecclesia inter tot Imperia paulatim obscurata & à Chami po-
steris occupata fuerit. III. Ad S. scripturæ Intelligentiam,
quippe in qua paſsim legantur nomina variorum populorum,
qua ex hoc Catalogo petenda sunt. IV. Ad cognoscendam Be-
nictionis divinæ efficaciam, siquidem ex tribus saltim
individuis familie descenderunt omnes, & præterita & præ-
sentes, & si que futura ad finem usq; mundi. Unde procul dubio
secundum ternarium filiorum Noe numerum à vetustissimis
Geographis Orbis terrarum Universus non nisi in tres partes
fuit distributus, in Africam, Asiam & Europam. V. Ad Con-
ciliandam Scientiam: Nam magna eruditionis pars in eo
sita est, ut non tantum sciamus vetustas gentes, sed & stirpes
nostram, ex qua nos germani ortum traximus. Quos constat
ex Japheto descendisse per Gomeri filium גָּמֵר וְגָמֵר &c.

XV.

Nimrodis descripcionem notamus triplicem I. A Poten-
tia: Erat potens in terra i.e. primus Monarcha & con-
ditor Monarchia Chaldaice & Assyriace v.8. II. A Tyranni-
de insigni, ut etiam in Proverbium abierit v.9. III. A Regni
scde, in Mesopotamia & Chaldaea v.10.

XVI. Mo-

XVI.

Monarchiam aliter definit Aristoteles, aliter sacra scriptura. Hec Monarchiam vocat principium quoddam & illustre Regnum, Legibus constitutum, & armis ac viribus ad tuendam disciplinam instructum, quamvis plures simul in eo Imperio clavum teneant, ut in Imperio Graecorum ac Romanorum factum esse docent Historiae. Philosophus vero in Politicis, Formam Imperij, ubi unus imperat omnibus, Monarchiam appellat.

XVII.

In Capite Undecimo Peccatum Superborum & Ambitiosorum Nimroditarum, Turrim maxima molis, ex preposta Imperandi cupidine & veri Dei contemptu adificantium, à Mose describitur; Quod admirabili supplicio Justissimus Iudex Jehova per confusione linguarum ita coecuit, ut opus, ex quo nomen ac laudem querebant ceci structa Babylonica Architecti, in eternam ipsorum cederet confusione, quippe ex inanis fastu & irrito Qenymas regi Audeoas sonatu suscepimus.

XX.

XVIII.

Non injucunda est observatio Chronologica Circumstantia temporis; Quo tempore Moles hac Babylonica ab impiis Chamitis, Tyrannidis & Idololatria promovenda ergo exstruxerat. Quam rei eorum ex Historico Nostro non difficilier hoc modo colligere possumus, si ad v. 25. capitulo. precedentis recurramus, ubi admirabilis hac Civitate ex Terris structura & Gentium per omnem terramque perso ad tempus nati Pheleg, Filii Heber, referuntur. Nam enim nomen ab eventu fuisse inditum, restatur Moses, Patri autem ex securissima & utilissima in hoc capite tradita Patriarcharum post diluvianorum decemque quorum Decarchus Noach confluuntur, Genealogia, cum superiore capituli quinti Catalogo propter.

pter lineam Messiae conferendā, quo anno Pheleg natus sit?
Biennio post diluvium nascitur Arphac sad; huic anno etatis
35. nascitur פָּלָשׁ cui Anno etatis 30. nascitur עבר Huic Anno
etatis 34. nascitur פְּלַגָּה Hi numeri collecti constituunt annos
101. post diluvium.

XIX.

Descensus v. 5. & 7. Deo tribatus Θεοπρεπῶς intelligen-
dus est, & τὴν ἀναλογίαν τῆς θίσεως à Gentium Doctore
Rom. 12,6. serio nobis commendatam explicandus de 1. Reve-
latione Dei. 2. Majestate adventus Iehovæ. 3. Longa-
nimitate & Patientia Dei. 4. Atrocitate pœnæ divina
diu dilatæ: Tandem enim descendit tandem ἐνδικού suum ψυ-
χονός declarat & decreta sua non esse Campanas sine pi-
stillo oculariter demonstrat Δικαὶος ille Κεράτης qui in cælis
habitat, Legitimorum omnium judiciorum Praeses ter
Maximus, cuius κέρατα ἀνεξεργάτη, qua adversus Θεοπρε-
πεῖας exercet, & Φόβος οὐκ ἔρως contemplari & non rima-
ti sed mirari debemus.

XX.

Cum Jesus Christus Immanuel noster Gloriosissimus,
Filius Dei & Hominis, totius Sacrae scripturæ non tantum
Clavis, sed & Centrum ac Scopus sit, quem unicum salu-
tariter ad vitam aeternam agnoscendum Ecclesia sue fidelissi-
mè proponit Deus Pater; totum se deinceps SPIRITVS DO-
CTOR, postquam Origines Gentium suis designavit nominibus
& ingenium ac studia posteriorum & linguarum diversarum
initia indice digito manifestavit, ad Sponsæ Christi sanctæ Eccle-
sie descriptionem revertitur, & ex multis Semi posteris eam
lineam, ex qua Messias Gratosissimus nasciturus erat, non
tantum nominibus & serie Patrum sed etiam annorum
namero accuratissimè distincta, ut quod non habet Ceterisologi
describit, quod cum aliud dicitur Ceterisologi

PROBLEMATA

I. An ante diluvium esus carnium quoq; fuerit concessus? Resp. In sacro codice id non docetur.

II. An in Novo Testamento simus obstricti ad legum de non comedendis animalium immundorum carnibus & sanguine observationem? Negatur.

III. An αναχεία expresse à Deo prohibita sit? Affirmatur.

IV. An Iris fuerit ante diluvium? Negativam statuimus esse probabiliorem.

V. An apudpios patres ante diluvium potus vi- ni fuerit in usu? Affirmativa vix probari poterit: Essem tamen uarum concedimus.

VI. An tristis sequatur eventus maledictionem ex justa indignatione factam, quam degeneres filii parentibus saepè extorquent? Omnidò.

VII. An Papa Romanus sit עָבֵר יִם? Resp: Profectò talem se non probat: quamvis Cham ejusq; maledictæ posteritatis, ingenium, mores, & molimina ad vivum exprimat.

VIII. An suavissima illa benedictio, quæ χάρις εἰς ἑλαpheto obtigit, pulcherrimā insignis paronomasiā vers. 27. cap. 9. יְפַת אֶל חָם לִיפְתָּח וְוֹשֵׁב בַּאֲהַלְיוֹ שָׁם luculentum cōtineat de vocatione Gentium ad veræ Ecclesiæ οὐκονιωνιαν vaticinium, ex Novo Testamento, in quo Vetus patet, explicandum? Ita firmiter statuimus.

IX. Cum Cham sit minimus natu filius Nohæ, cur Moses eum posuerit medio loco? Cum Lutherò ideò id fieri existimamus, ut ostendatur, impios in medio Ecclesiæ quasi seminatos optimum & præstantissimum locum obtinere.

B

An

X. An Hyperbolica locutio sit, homines civitate & turrim ædificare voluisse, cuius culmen in cœlum usq; pertingat? Affirm.

XI. An Hyperbole in alijs quoq; scripturæ locis quandoq; occurrat? Affirm.

XII. An Primarius Autor Vani de Civitate & Turri Babylonica exædificanda consilij Nimrod fuit? Verisimile id esse videtur.

XIII. An Mysterium pluralitatis personarum in adoranda divina essentia ex versu 7. & 8. Genes. 1. l. probari possit? Affirmamus.

XIV. An Hebræa lingua sit prima, & an in Ecclesia triūphante beatitatis candidati ea sint usuri? Resp: Ut illud simpliciter affirmamus, ita hoc non improbabile esse statuimus.

XV. An Hebræa lingua apud illos manserit incorrupta, qui ædificationi non interfueré? Affirmatur.

XVI. An puncta hebraica literis corundem sint coætanea? Omnidò.

XVII. An sub Ptolomæo Philadelpho per 72. Interpret. linguæ 72. à quibusdam ita numerata ad unum fontem denuò revocatae sint? Probabiliter id posse defendi statuimus.

XIX. An Hebræi dicantur ab Eber, an ab Abraham ut Judæi quidam volunt? Prius affirmamus.

XIX. An Sara sterilis fuerit post aliquot liberorum partus, an ab initio? Posterius affirmamus.

XX. An 60. anni ætatis Abraham pereant ex scriptura? Negamus.

^{AD}
Præstantissimum, & Eruditissimum
Dn. RESPONDENTEM, Amicum
suum, SINE PARI.

Quisquis ad optatos palma contendit honores,
Qui cupit ornari lauro, cum laude, perenni;
Sudet hic, & certet primum, subeatq; labores:
Palladis haud dabitur multo absq; labore corona.
Hæc bene perpendis SIMONI, pulpita scandens,
Indeq; grata parans sub Praefide prælia nobis.
Ergo tuis grator cæptis. Sic perge, laborum
Præmia sic spera, sic spem promitte Parenti.

f.

MICHAEL CLUVERUS
Dithmarsus.

Intendant alij pateras evolvere magnas,
Te juvat ex Pegasi fonte levasse sitim:
Intendant alij Venerem sectarier usq;;
Cyrrhaeis tantum te placuisse juvat:
Intendant alij sectari prælia Martis,
Prælia Pymplejdum te subiisse juvat.
Perge ita te sacrâ rectè exercere palæstrâ,
Sic patrijs laribus fama perennis eris,

*Ita conterraneo dilectissimo, & Amico certissimo propr.
rante calamo gratulari voluit*

Conradus Gentzelius Holsatus.

Harpocratem

Harpocratem quisquis sequitur , curisq; Galeni
Exercet seris noctibus ingenium ,
Non illum tribulis Musa lappisq; coronant
Sed solido semper Phœbus honore beat.
Astræa quæcumque juvat dare nomina tristi,
Huic premit assiduum Fama Decusq; pedem.
Quâq; ad divitias pergit, quâ querat honores
Sancta Themis certo pollice monstrat iter.
Ast aliud tibi fane subit, non queris honores
Nec peritura petis munera, divitias.
Altius intendis studium , quodq; ardua Cœli
Limina demonstrat dulcis Amice cupis.

Hoc aliud agendo agebat.

Joach. Rach:



Quis quis Genitrix tua Hollister

Baldwina



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/pnn747230706/phys_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn747230706/phys_0016)

DFG

AD
Præstantissimum, & Erua
Dn. RESPONDENTEN
suum, SINE PAR


Q Visquis ad optatos palma con
Qui cupit ornari lauro, cum
Sudet hic, & certet primum, sube
Palladis hanc dabitur multo absq;
Hæc bene perpendis SIMONI, pa
Indeq; grata parans sub Praefide pr
Ergo tuis grator cæptis. Sic perge
Præmia sic spera, sic spem promitte

MICHAEL

I Ntendant alij pateras evolvere
Te juvat ex Pegasi fonte lev
Intendant alij Venerem sectarier
Cyrrhaeis tantum te placuisse
Intendant alij sectari prælia Mart
Prælia Pymplejdum te subiij
Perge ita te sacrâ rectè exercere p
Sic patrijs laribus fama peren

Isa conterraneo dilectissimo, & A
rante calamo gr

Conradus Gent;



the scale towards document

Image Engineering Scan Reference Chart TE263 Serial No. 032